

Notitiae Ecclesiasticae saeculi III.

que heretico collati. Is liber prorsus intercidit, cuius tamen idem meminit lib. de Baptismo cap. 14. quo suam illam pariter affleverat opinionem. Hac vero ita Africanorum mentes pervasit, ut Agrippinus Ecclesia Carthaginensis Praeful, totiusque Africa. Primas coacto Africa, Numidieque Concilio Episcoporum, omniumque rogata sententia, Canonem ediderit de iterando hereticorum Baptismo, ut refert Cyprianus epist. 71. ad Quintum. Sed & ipse Cyprianus Agrippini successor hoc ipsum dogma, tribus aliis Carthagine convocatis Concilis, firmavit. Interea Stephanus Romanus Episcopus geminum Cypriani Concilium reprobavit, prohibuitque ne quis auctor ab opposita huic decreto Apostolica traditione discedere. Cyprianus ea contradictione indignatus, tertium octoginta septem ex Numidia, Africa, & Mauritania Episcoporum colligit, quo praecedentium decreta firmatur & instauratur. Hidem temporibus Firmilianus Cesarea Cappadocum Metropolites, cuius existat ea de re, inter Cyprianicas ad ipsum Cyprianum, epist. 61. communionis plena, Synodus altera Iconi in Phrygia multorum Episcoporum habuit, qua omnem pariter hereticorum baptismum reprobavit. Idemque decretum Dionysius Alexandriæ Antistes, ut. fidem facit Eusebius lib. 7. hist. Eccl. cap. 6.

9. Intersector Alexandri Maximinus invasit Imperium, simulque in Christianos immanem persecutionem exorsus est, duosque occidit Romanos Pontifices. Pontianum, & Anterum, cui datus successor Fabianus. Breve tamen fuit tyranni bujus imperii, utpote violentum, morte optimi Principis usurpatum & ultra omnem modum cruentum & intolerabile. Cum enim Aquilejam Carnorum Metropolim, & Italiam validissimum ex parte Aquilonis propugnaculum obsidione premeret, furore percutitus ob civium constantem resistentiam in propriis ipse milites crudeliter seviret, iti laboribus supra quam ferre poterant auctiue fatigati tyrannice violentiam pertici, ipsum cum cognomine filio, quem socium fecerat Imperii, trucidarunt.

10. Accepto nuncio de interfectione Alexandri amantissimi Principis, deque invaso per intersectorum Imperio, Gordiani pater & filius, promoventibus Africa legionibus, purpuram ceteraque Imperii insignia Carthagine sumpserunt. Verumtamen ambo, post exactum annum, purpura simul & vita spoliati sunt a Maximini duce Cappelliano. At Romanus Senatus ut Maximinum truculentissimum tyrannum amoliretur, Clodium Baldinum, & Maximum Pupienum una cum puer Gordiano, cui populus impene favebat, promovit in Imperium, misitque in omnes Provincias Legatos, qui eas in Senatus potestate firmarent. At Balbinus & Pupienus cum per mutuam amulationem haud satis inter se convenient, nisi in hoc uno, ut Gordianum amoverent, militum simili populiique odium in se concinarunt, a quibus occisi sunt. Gordianus itaque optime indolis adolescentis solus imperare copit, duotaque in uxore viri sapientissimi Misithei filia, confiliis socii regebatur, cuius duu & horatu Persas adortus, eos ultra Tigrim repulit. Verumtamen res propterea decurrentes everit Philippi Arabis ambitio, a quo primum occisus est Misitheus, deinde Gordianus, concitis in ipsum auro, pollicitationibusque corruptis militibus. Cujus in locum parricida ipse successit, sociato in regnum cognomine Filio. Cum Persis ab invasore pax factissima inita est, quibus restituta sunt Carræ, Nîmibis, aliae limitanea oppida, & ares quas Gordianus & Misitheus paulo ante expugnaverant. Sub Philipporum regno millefimus ab Urbe condita occurrit annus, quo secularis ludi magnifice sunt celebrati. In horum aliquo spectaculo observatum est, Philippum patrem in cunctis effusorem a filio per faciem aversiōnem fuisse admonitus, & tacite increpatum, qua occasione filio indutum cognomen est Agelafus.

11. Scribit Eusebius lib. 6. hist. Eccl. cap. 27. Philippum Christianum fuisse, atque ob patrata flagitia interponentes redactum, & a Romano Episcopo (is erat Fabianus) ingressu Ecclesia prohibitum, morem gessisse. Sexto demum potestatis anno ambo Philippi, pater Verone, filius Rome, a militibus necati sunt Decium promoventibus.

12. Decius ex Pannonia ortus filium ejusdem secum nominis alcivis in Imperium, idque statim auspicatus est, perfectione Ecclesie indicta, cuius initio Fabianus Papa Martyrium subiit, tantaque animadversione protinus in Christianos sevitur est, ut Romana fides annum amplius vacaverit. Dionysius Alexandrinus tunc temporis Ecclesia Praeful, admiranda commemorat de Martyribus Alexandriæ, totiusque Aegypti, quos Deciana persecutio in celum transmisit in epist. prælonga, quam refert Eusebius lib. 6. hist. Eccl. cap. 33. & 34. Celebratur etiam Babylone Antiocheni Episcopi nobile martyrium. Sanctæ præterea virginis Reparatae Cesareæ

in Palestina; & Catanae in Sicilia, virginis nobilis triumphus Agatha, Smyrnaeque in Asia Pionii Presbyteri, qui in cruce clavis confixus, subiecto igne gloriatus in celum evolavit. In Gallia ut enarrat Gregorius Turonensis lib. 1. hist. cap. 30. imperante Decio, eodemque & Grato consulibus, Dionysius Episcopus Parisiensis cum sociis Rustico & Eleutherio, mortem pro Christo subiit.

13. Divina tandem ultio crudelis Ecclesia hostem secundo illius Imperii anno sustulit. Conferto enim cum Gothis prælio, amissisque filio Imperii consorte, qui fortiter in acie pugnans occubuit, Decius pater inclinatum aciem suorum redintegrare conatus in voraginem incidit, qua haustus cum equo nunquam deinceps est visus. Viets profugatus a Barbaris Romanus exercitus Gallum Hostium creavit Imperatorem, qui Volusianum filium in consortium assumpsit Imperii.

14. Primum quod in Ecclesia Dei schisma legitur contigit, suscitavit adversus Cyprianum Carthaginis Episcopum, & Africanarum Ecclesiæ Primatem, Sacerdos Felicissimus, colligatis alii sibi Sacerdotibus quinque. Infelix ille primum electione Cypriani omnibus viribus frustra obliteratur, ut ex Cypriani epist. 40. liquet. Electus tandem Cyprianus cum ex officio studioque sacra discipline lapsus in persecutione communione differret, donec congrua penitentiam secundum Canones complexerit, nec sibi oblatis a Confessoribus intemperie libellos pro lapsis reciparet, vir sacrilegus invidia & ambitione tumens, tum lapsos, tum Confessores a Cypriano divellere studuit. Eo denum progressus est, ut quoquaque suis partibus addixerat Ecclesiam seorsum & altare sacrilegum erigens, in montibus colligeret, duos Episcopos Caldonium in Herculanium, duosque cum his Sacerdotes Rogatianum & Numidicum Vicarios suos ad hanc reu confluit, mandans inter alia ut pauperum curam gererent, eorumque debita expungenter, ut his beneficiis devincti, schismate abjurato in Ecclesia communionem reducentur. Sed istud fraternæ caritatis officium, adleuis sibi creditoribus, & ashibitis gentilibus magistris, aliquis artibus Felicissimus impedivit. Tum denum Cyprianus Felicissimum & quosdam alios ejus affectas praesente anathematem nominatim perculit, ceterisque horum partiarum similem communatus est peccatum, nisi ab illis discederent. Difcessio ita Felicissimi veluti germen aliquod fuit, ex quo Novatianorum pariter & Donatistarum schismata pullularunt. Novatus quippe pseudoepiscopus Felicissimum Diaconatu initiaverat, atque ita sceleri ambo conjuncti erant, ut Felicissimum Cyprianus epist. 49. Novati Satellitem vocet. Eoque res processit, ut Fortunatus adversus Cyprianum fuerit a schismatis subflectus Carthaginis Episcopus, isteque cum deferto in collegio Felicissimum Romanum sine mora delegaverit, ut schismatis caussam apud supremam Sedem tuetur, & columnam adversus Cyprianum contexeret. Verumtamen Cornelius Papa schismaticus ne quidem auditione dignatus est, remisitque ut erant, excommunicatos. Hac Cyprianus, epist. 55. Seculo exinde infrequenti simile suscitavit schismatis Donatus adversus Caeciliatum Carthaginis Episcopum, quoque sequaces, ad imitationem Felicissimum, in montes seorsum ad sacrilegos convenitus adducebat, eaque de causa Montenensis nomen Donatistis adhucit. Porro Felicissimi ac Fortunati pseudoepiscopi factio ad Cornelium potius quam ad Novatianum pseudopontificem Romanorum recurrere prælegit, qui contrarium prorsus erat utriusque schismatis institutum. Novatiani enim lapsos ne quidem post expletam penitentiam recipiendos contendebant; Felicissimi autem factio lapsos quoquaque præproprie in Ecclesiæ admitti volebat, haud expleta, immo necendum inchoata penitentia.

15. Post Fabiani martyrium, & plusquam anni inter regnum subrogatus est Cornelius Papa, contra quem Novatianus primum in Ecclesia Romana schisma fabricavit, a paucissimis sectariis electus, cui se Novatus Africanus Episcopus adjunxit. Inter eos qui Novatiani schismatis strenue oppugnauerunt, eminent S. Cyprianus Carthaginensis, & S. Dionysius Alexandrinus Episcopus, cuius epistolæ ad ipsum Novatianum, & ad Fabium Antiochenum Episcopum vacillantem, quem Novatianus ipse in suas pene partes pellexerat, aliaque ad alios schismatis Novatiani simili & hæresi impugnatores litteras refert ad longum Eusebius. Erat Romana Presbyter Ecclesia Novatianus, sed contra canonum instituta ordinatus, quibus adulti, qui in lecto per morbum decumbentes baptizati fuerant (ut in Novatiano contingat) ab ordinibus Ecclesiasticis arcebantur. Fuerat præterea emergerent, & per exorcistas protestati demonis eruptus, quales ab Ecclesia ordinibus pariter exclusabantur. Tanta vero efficeretur ambitione ut malis &

Historica Synopsis.

fraudulentis artibus primam universa Ecclesia fedem adversus legitime promotum Cornelium ambiverit; novas heres excitarerit; se suoque Catharos, id est, priores vocitarit, & quoquaque in Ecclesiæ Orthodoxis baptizatos ad se deficientes rebaptizari voluerit, omnem aliam præterquam sua secessa Baptismum ut sacramentum, impurum, & inanem reprobas atque abiciens.

16. Gallus & Volusianus exacto Imperii biennio a propriis militibus interempti sunt, polisque ambo a præfatore Decio excitata persecutione prosequuti Cornelio Pape ob Christi fidem necem intulere. Cornelio suffectus Lucius sub Valeriano ejusque filio Galieno martyr occubuit. Lucio datus successor Stephanus, quem deinde, & qui Stephano succedit Sixtum Romanum Episcopum, eorumdem Valeriani & Galieni persecutori abstulit.

17. Sedente Roma Stephano, Agrippini quondam Carthaginis Episcopi, & Concilii sub ipso habiti decretum majoribus sumptis viribus instauratum est. Sub annum quippe Christi 246. Carthagine a Cypriano convocato altero Concilio Baptismus Hereticorum irritus est declaratus, ideoque in Ecclesia iterandus. Quod idem alii celebratis alibi Concilii fanciere Cesarea in Cappadocia Firmilianus, & apud Alexandriam Aegypti. Dionysius primariae traditio & sanctitatis Episcopi, famaque rerum præclare in Ecclesia gestarum celeberrimi. His se Roma Stephanus Pontifex confanter opposuit: vetuitque traditionem haec tenet in Ecclesia receptam immutari: cujus tamen piohibitione adhuc restitutæ confitæ prænominales Antistes. Furente Valeriano persecutio sublatum fuit primum Stephanus, Cyprianus vero in exilium pulsus anno Chr. 257. & post annum exili decollatus. Sextus Papa, ejusdem nominis primus, morte damnatus anno Chr. 259. Quatriduo post Laurentius Diaconus illustre martyrium subiit, moxque Hippolytus.

18. Sed Valerianus, qui etiam priusquam infret Imperium, constitutus censor ab Imperatore Decio atrox in Christianos carnificinem exercuerat, penas demum crudelitati sua debitas exolvit. Enim vero Sapori Periarum Rego dolo interceptus, & fera instar in cavae circumductus, ejus ad humum incurvati cervicem pedibus Sapores conculcavat, quoties equum ascensus erat. Ad postremum cum Gallenus filius patrem ex tam injuria captivitate redimere neglexerit, Sapori juu Valerianus excoriatus fuit, & instar porci pale conditus miserime interiit. Ipse vero Galienus Paterno edoctus exemplo mitiore fe Christianis exhibuit.

19. Cypriani omnibus perspectissima virtus, & sapientia usque adeo celebrem ipsi famam peperant, ut Gallicana etiam & Hispanica Ecclesia ipsius in gravissimi negotiis consilium & auctoritatem experterent. Marcius Arelatensis Praeful Novatianorum non modo fovebat caussam, sed & omni studio & conatu promovebat in Gallia: Faustinus Lingdunensis Antistes admovit (ut par erat) hujus in Ecclesia Gallicana stragis Stephanum Romanum Episcopum: & præterea litteras ad Cyprianum semel & iterum direxit, ut qua dolo retinere contendebat, ab Episcopis interpellatus, qui tunc regnabat. Aurelianus Augustus, editus adjudicandam Antiochenam ei, cui Italia Episcopi & Romanus Episcopus tribuendam esse decerneret: quo factum est, ut Dionysius Papa, ceterorumque Italiae Praefulū decreto Paulus coactus fuit sede excedere, anno Christi 270.

20. In Hispaniis Baalides Legionensis & Martialis Africensis Episcopi prodite religionis sub persecutio ne, aliorumque flagitorum convicti rei, & idcirco Episcopati moti, cum vellent Episcopatus recuperare qui bus excederant, fibique canonica electione subrogatos Sabinum atque Felicem dispellere, turbas in Hispanis graves excitarunt. Ex his Baalides, qui crimen confessus & penitentia doctus se ab Episcopatu sponte abdicarat, atque in penitentia clausum demisit, mox in deteriora versus, & livore adversus subrogatum contabescens Sabinum, Romanum prefectus dolis & mendacis Stephanum aggreditur, qui nimis credulus, & occupata fibi veritatis ignarus, nec auditâ parte se paffus est exorari. De Martiali vero utrum Apostolicam sedem adserit incomptum est. At Hispanie Antistes a quibus fuerant ambo depositi, & alii eorum loco subleci, volentes pro suo officio peritos amoliri, & caussam istam apud Stephanum prosequi, suffragium Cypriani, quo præsumirentur, exquiruerunt, ipsoque subrogatos Episcopos Sabinum & Felicem Carthaginem dimiserunt, Romanum inde prefecturos. Ab his sollicitatus Cyprianus Concilium init Episcoporum, in quo lete sunt Praefulū Hispanorum litteræ, auditique horum Legati, at

21. Sub Imperio Valeriani Sabellius acceptam a Magistro Noeto hæresim latius propagavit, qua Trinitatem Personarumque distinctionem rejicierat, unamque in Deo Personam quemadmodum & essentiam assertabat; tria vero omnia nihil aliud quam diversos erga creaturas respectus ac effectus connotare. Huic se pesti fortiter opposuit Dionysius Alexandrinus: sed istud officium quod laudi esse debuerat, calumnia aduersus ipsum occasio fuit. Ex hoc enim quod divinatum Personarum discrimina fortiter propugnabat, nonnulli ejus Discipuli subdit Pentapolitanum illum hæresim apud cognominem Romanum Pontificem Diophyhum postulauit; perinde ac natura substantia diversitatem inter Personas aternas docentes & predicantes; easque confundentes ejusdem esse naturæ inficiantem, qua fuit Arii hæresi saeculo sequenti. Jussionem a suprema sede Dionysius Alexandrinus accepit, ut suam hac in re membrum dilucide scripto explicaret: quod ubi cumulate perfecte, rejecta est adversariorum accusatio, ipseque a lite dimisus. Idemque sylium acut ad refellendum Millenniorum seu Chiliafarum errorum, occasione librorum Nepotis Aegypti Episcopi, passim per omnem Aegyptum se effundente. Denique scribendi finem fecit in refutanda Pauli Samosateni Episcopi Antiocheni hæresi, Christo Divinitatem abrogante, quo labore perfunctus regnante Galieno ad præmia caelestia evolavit.

22. Paulus iste divinitatem Christi auctor est impugnare: contra cujus hæresis duas Synodi Antiochiae diversis temporibus convenerunt. Hærum prima interfuerit Firmilianus Cesarea Cappadocum, & Gregorius dictus Thaumaturgus Neocatæsa in Ponto, ejusque frater Athenodorus pariter in Ponto Episcopi: sed subdola simulatione valet hæresiæ Patres elusit, qualèmque illi optabant fidei professionem sed fictam emanitamque edidit. Quare ad horum discipulū, deposita larva, perniciose dogma aperte instauravit. Post felicem Gregorii Neocatæsa obitum, eadem recrudescens pestis posteriori Concilio Antiocheno causam dedit, quo Paulus damnatus & Episcopatu dejectus est. Quia vero periculæ hæresiæ fedem pristinam qua vi qua dolo retinere contendebat, ab Episcopis interpellatus, qui tunc regnabat. Aurelianus Augustus, editus adjudicandam Antiochenam ei, cui Italia Episcopi & Romanus Episcopus tribuendam esse decerneret: quo factum est, ut Dionysius Papa, ceterorumque Italiae Praefulū decreto Paulus coactus fuit sede excedere, anno Christi 270.

23. Nunquam terrarum orbis universus tot calamitatis est involutus, quot paetus Imperante Galieno. Exitiosissima pestis, qualis nulla unquam extiterat jam inde ab Imperio Galli & Volusiani ad usque Aurelianum regnum per universas Orientis & Occidentis provincias hominum stragem incredibilem fecit. Terramotus, & portentosus tertiarum hiatus innumeras urbes vel evertit, vel absorberunt. Atrocissimus persecutioibus, exceptis ultimiis Galieni annis, in Christianos ubique sevissimam. Innumeræ diversæ ex partibus Barbarorum gentes ferro, flammisque, atque omni immanitate universæ Provincias undique infestarunt. His adjunge tringula tyrranni, qui regnante Galieno ex ipsi Imperio Romani visceribus prodierunt, & singuli afflampa purpurea Provincias teterimis bellis, immanibus tributis, & direptionibus oppræserunt, Imperiumque dilacerarunt.

24. Claudius dux exercitus in Dacia, pertusus Galieni socordiam, invadit Imperium, ejusque dolo Galienus apud Mediolanum occiditur. Christianorum carnicinam a Galieno intermissam resuscitavit sumul ac Roman ingrediit, exorsus a nobilissima Virgine Cyrrilla, quam jugulari fecit. Pratorianos etiam milites, quotquot Rome Christiani competrerunt potuerunt, cum eorum uxoris & liberis trucidati iuist. Illustræ de barbaris, Imperii provincias incurvantibus, victorias re portar-